

61

Honor novissimus,

Nobilissima juigq; sexus Virtutibus decoratissima

MATRONÆ,

DN. ELISABETHÆ.

natalibus *Greußin /*

Magnifici atq; Nobilissimi VIRI,

DOMINI

JOHANNIS AUSTEN.

inclytæ Reipubl. Thorun. Præ-

Consulis, & h. t. Burgravii Regii

Meritissimi,

Conjugi Desideratissimæ,

Anno M. DC. LXXXVII. d. 9. Martii

in templo Divæ Mariæ solenniter

tumulatæ,

Perfolutus

Rectore & Professoribus

Gymnasii Thorun.

THORUNII, Imprimebat Joh. Balch. Bresler.


Ad Superstites Inclytos,
Desideratissimam
CONJUGEM & MATREM
Dolentius deplorantes.

TE premit, *Illustris Burggraviae*, mœror acerbus,
Dum sepelis animæ dimidium, ecce, tuæ.
Matronam sepelis multâ virtute corniscam,
Fœminei sexûs quæ fuit omne decus.

Inclyte Vir, tali Sociâ spoliata, quibus Te
Solari verbis fas erit ergo mihi?
Mortalis fuerat, vitæ jam terminus ejus
Venerat, Omnipotens quem DEUS ipse dedit.
Adde, quòd & placidè bene cinctaque, lumina claudit.
Id quod vel solum corda levare queat.

Christicolæ dicunt: *Fiat divina Voluntas.*
Tu quoque dic: Christi sic bene cultor eris.
Illius auxilio solatia vera capeffes,
Mœrorem vinces tristitiamque gravem.
Vos etiam *Nati Nataque* dolore fluentes,
Definite immodico rore rigare genas.
Ipse DEUS vobis, si spem poneris in ipso,
Mater erit, Matris munera fida geret.

Paulus Hofman
D.



HEu morimur! Nulli mors horrida parcit Honori:
Evertit turres, destruit illa casas.
Nuper honoratum quem vidimus atq; potentem,
Ille hodie imbellis contumelatur humo.
Florentem nuper quem vidimus atq; superbum,
Ille hodie pallens exanimisq; jacet.
Erigena pariter cuncti, Furvenosq; Senesque,
Coguntur rigida jura subire necis.
Vita brevis spem nos vetat hic extendere longam,
Delicias inter mors inopina venit.
Quid sumus, ô miseri? Mortis certissima prada,
Quos tandem tumulo nox tenebrosa regit.
Exemplo docet ipsa suo nos Fœmina Clara,
Cum lacrymis cui nunc debita justa damus.
Fœmina Clara suis natalibus, inclyta gentis
Prussorum Soboles, egregiumq; decus.
Fœmina Clara, *Viri* Conjux lectissima, Sceptrum
Qui nunc Thoruni Burgrabiale tenet.
Qui *Præ-Consul* orat, summo qui fulget honore,
Et calido Musas pectore totus amat.
Fœmina Clara micans Virtutibus, & Pietate
Resplendens, Sexûs gloria multa sui.
Si spectes animum prudentem, dixeris Illam
Verbis & factis fortè fuisse Virum.
Fœmina Clara piis natis, natabus, amicis,
Qui charæ Matri gaudia mille dabant.

Munera,

*Munera, pauperibus quæ præstitit optima Fautrix,
 In cælis numerat, munerat illa Deus.
 Haud vulgarem igitur Matronam condimus urvâ,
 Et lacrymis tristes spargimus ora piis.
 Et quis non fletet Captis tam funera cari?
 Proh dolor! amissum nobile tamq̃ bonum?
 Parcius ast! Quomiam sic fert divina Voluntas:
 A summo pendent omnia nostra Deo.
 Tot patiens vicit morborum plaustra, tot agris
 Corporis affectus pertulit illa graves!
 Sed jam Victori Victrix latissima Christo
 Carmina fert, Cæli perfruiturq̃ bonis.
 Magnificum interea Viduum Pater ætheris alti
 Soletur, servet, sospitet atq̃ beet.
 Erigat & Sobolem Matris pia funera flentem,
 Detq̃ illi latos & sine nube dies!*

In honorem piæ defunctæ Matronæ, & Magnifici Du.
 Vidui, Liberatorumq̃ relictorum solatium
 Condolens apposuit

Wenceslaus Johannides,
 Gymn. Thorun. Prof. Publ.

Fallitur, Austeniam ferali morte peremptam,
 Qui credit diræ succubuisse neci.
 Mens refidet cælo; Carnem sibi vendicat hæres
 Progenies, Matris carne profecta caro.
 Quæ talem nobis Prolem post fata relinquit,
 Dum moritur, vivit, nescit & ipsa mori.

Condol. deprop.

M. Johannes Sartorius.

O DIVINA PŒSIS!

Quot vitis, quot criminibus te lingua superba
 non petit osorum? jam pridem diceris eheu!
 Nugatrix veterisq̃ Lycei purgamentum.
 O characteres sanctos! quibus illa premuntur,
 quæ nihilum redolent, vel sesquipedalia verba.
 Sic ars divino quondam donata labore
 vulgo cuiq̃ patet. Scribuntur carmina, quos nec
 virtus commendat, nec queis præcordia Titan
 auro de finxit præclara: ruemus in omne
 discrimen famæ; quæ, dic, distinctio doctum
 inter & indoctum, parentes atq̃ jubentes?
 Ast ordo noster sœvitus tum pangere carmen
 iis, qui de nostro clare meruere Lycei.
 Quos inter primus merito Tibi ponitur ordo,
 quem Sacra Majestas BURGGRABl nomine laudat,
 atq̃ Magistratus votis PROCONSUL habebis.
 Atamen heu doleo! nos tristi ludere avena,
 ac oculis madidis funus deslere Patronæ
 sanguine de Prussl nomen stirpemq̃ trahentis.
 (PREUSSEN Prussiæ fuit olim gloria terra,
 & decus & splendor nostræ clarissimæ urbis.)
 Hanc Viduus mœstus, Gnati Gnataq̃ fideles,
 Affines, Generi, consanguineiq̃ relictis
 effusis lacrimis deslent, & acerba queruntur
 fata, quibus perit generosa gloria stirpis.
 Vulnera, quæ DEUS infixit, solamine verbi
 sanet, & abstergat lacrimas guttasq̃ doloris.

quod in hoc oratione precatur

M. MARTINUS Bohm/ P.P.



Lieber Leser!

Diese wenige Worte lehren dich /
daß vor dem Tode kein Sterblicher selig zupreisen sey.

Sier ruhet

Eine Edle Frau /

welcher /

weil sie der Tugend einig ergeben /

weder die Lüste der Jugend /

noch die Beschwerlichkeit des annahenden Alters /

einige Unglückseligkeit andringen mögen /

und dennoch nicht glückselig gewesen.

Die Welt gönnte Ihr / was den Leib;

der Himmel / was das Gemütze /

beseeligen könnte:

beydes beyden erwünschtes Leben.

Ihr höchstes Vergnügen

bestund nicht in Reichthum / Freuden und Ehren /

und fand doch alle drey:

nemblich /

von Ihren vornehmen Eltern / Ehe-Herrn und Kindern /

die sie / wie sie solte /

fürchte / liebt / schützet /

wurde sie wiederum / wie sie verdiente /

versorget / erfreut / geehrt.

Gestalt / wer diese Güter nicht suchet / dem lauffen sie selber nach.

Wilstu von Ihrem Wandel etwas wissen?

dieser enge Platz nimmet nicht alles an.

Wer kan so grosse Gottes-Furcht in so kleine Zeilen schlüssen?

Enug / daß du hörst:

Sie ist hier in der Hoffnung selig gewesen.

Doch dis bloß in der Hoffnung / nicht im Werck!

jenes eine Weile / nicht immer!

Sier ist nichts vollkommenes / weniger beständiges.

Dis ist der Wechsel unsers Zustandes:

Wie oft das Glücke nachfolget /

so selten pfiege das Unglück zu verlassen.

Allhier

Allhier auch:

Je besser Christ / je grösser Creutz.

Vielmal gab der Morgen Freude / der Abend Traurigkeit.

Eigene Kranckheit verzehrte den Leib: Der Ibrigen das Gemütze.

Ihres Ehe Herrn annoch werende Unpäßlichkeit /

war ihr schmerzlicher / als die eigene.

Und selbst ihres Lebens Glück / hielt sie

(nicht / daß sie es nicht /

sondern / daß sie es besser / als du / verstund /)

vielman vor Unglück:

Denn so viel süßer der Himmel ist / so viel bitterer wird die Welt.

Nach dem sie dann

solchem Unglück / wie sie verlanget / abgestorben /

so ruffe die Seelige numehro recht selig aus /

Geehrter Leser /

und glaube dem Schluss des heutigen Evangelii:

die beste Glückseligkeit sey:

Das Wort Gottes hören und bewahren.

Das ist:

Eelig sterben.

P. P. *altes*

Prima ubi delicat nondum nix, altera venit,
Jungitur & veteri nix nova, nube cadens.

Non dum subsedit primus dolor, alter at instat.

Burggrabi. lacrymam lacryma iusta feris.

Non dum devotus decessit luctus ab ore.

Quod Soror illa tua est *Estis* facta cinis.

Ille Soror, quae te complectebatur amore,

Sive adversa fuit Sors tibi, sive favit.

Dulcia, seva simul fuerant communia vobis,

Es tactus duris illius, illa tuis.

Si tua procerus habuerunt vota secundos,

Gaudia sincero pectore vera fovit.

Sic Soror & Frater vixerunt, teste Thorano,

Corpus divinum sensus at unus erat.

Novus

Numquid igitur mirum, quod quos mens iunxit amorque,
 Alter ab alterius funere incensus agat?
 Tristior est multo praesens arumna priore est,
 Tempora sunt Ponto turbidiora tibi.
 Contra Spem votum & properatam morte perempta est
 Uxor, non humili quae fuit orta loco.
 Illa fuit noto *Prussorum* sanguine nata,
 In qua & *Prussorum* Gens quoque tota ruit,
 Nec minus ore deceas, & honesto praedita vultu.
 (Describi facies si qua meretur,) erat,
 Moribus habitis, linguarumque perita Polonae
 Ad decus usque fuit, Teutonicarumque simul.
 Doribus his fulgens sociales iunxit amores
 Tecum, Te solo Coniuge digna fuit.
 Utque domos primas inter Scirps *Prussia* floret,
 Quam grata lingua tempora nostra ferunt:
 Sic quoque laude sua Matronarum inter honestas
 Claruit, ut tali sanguine digna foret.
 Utroque extendit sexu, *Lucina* favente,
Aulonios, retulit fortique ab utroque decus,
 Utrumque à teneris praeceptis imbuir antea,
 Ut coleret vera Religione DEUM.
 Quando onerosa bonis te cura domestica torset,
Burggrabi, partem rexit & illa domus.
 Proh crudam *Lachesis*! quae tam grave sidus habent
Burggrabio, infixit vulnera vulneribus.
 Laus *Prussiam* quod te DEUS evocat, ista
 Cuspide fatali, contege membra solum.
 Occiduum corpus placide requiescat in urna,
 Mens peragat noto Pascha perenne Polo.
 Parce *Pater Patria* Tibi, Mortis temne furoribus,
 Praelia quae frendens irrequieta movet.
 Illa Tibi cedat, didicit quae cedere nulli,
 Victori & veniat non nisi tarda suo.

*Nobiles Borussiae Praefecti Suae hic pariter
 honoravit*

Johannes Rezik
 Publ. Prof.

MS (O) 500

3520